



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 23. Caussa Benedicti continuata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. Benedictus depositus esset. Inde ortæ  
A. C. 1417. sunt tricæ, nec Castellani accesserunt Sy-  
nodo usque ad decimam octavam mensis  
Junii diem.

## §. XXII.

*Misniæ Marchio Cæsari indignatus.*

*Vonder Hardt to. 4. p. 1231.* Interea Imperator decima tertia Aprilis Constantiam reversus, varia negotia tam civilia, quam politica, quæ particulares Germaniæ Principes concernebant, definivit. Venerat quoque Constantiam Fridericus Misniæ Marchio ac Thuringiæ Landgravius, ut ab Imperatore fiduciario ritu Misniam, ac nonnullas Bohemiæ urbes jure belli partas acciperet. Concessit Imperator lubenti animo Misniæ investituram, negavit tamen feuda Bohemica, eoquod frater suus esset Bohemiæ Rex, & ipsemet jure proximus hujus coronæ hæres. Hac repulsa Marchio usque adeo ira accensus est, ut Misniæ etiam investituram acceptare recusans, Constantia excederet, seque jus suum armis contra Cæsarem persecuturum comminaretur.

## §. XXIII.

*Causa Benedicti continuata.*

*Idem pag. 1224. E<sup>g</sup>, 1271.* Die vigesima tertia Aprilis Synodi Pa-  
tres congregantur, perlecturi accu-  
fatio-

sationum capita, ex quibus Benedicti de-Sæcul. XV.  
positio urgeretur. Biduo post alia ha-A. C. 1417.  
bebatur congregatio, in qua Sarisberien-  
sis Episcopus citatos testes sacramento  
obstrinxit, quos inter (plurimi enim erant)  
præcipue recensebantur septem Cardina-  
les, duo Patriarchæ, sex Archiepiscopi,  
totidemque Episcopi, atque innumeri  
propemodum Doctores. Evidem Pet-  
rus Cauchon Burgundiæ Ducis Legatus  
in judicio comparere detrectabat, cum  
vero contumax declararetur, demum &  
ipse Synodo acquiescens paucis ex post  
diebus juramentum interposuit. Omnes  
hi testes præstito jurejurando ad sua re-  
versi sunt. Quibus absolutis Imperator  
cum Archiepiscopo Rigensi, unoque Pro-  
tonotario confestim in judicii foro com-  
paruit, jurata quoque fidei capita contra  
Benedictum antea deposita confirmatu-  
rus. Adversus eundem die sexta Maji  
alii producebantur articuli, qui illius  
collusiones, ejusque pertinacem a Pisa-  
na Synodo absentiam testatam redde-  
bant. Hæc dum geruntur, nonnulli Do-  
ctores de restauranda Ecclesiæ discipli-  
na, necnon de electione summi Pontificis  
declamare, mentemque suam liberiori  
lingua aperire audiebantur.

## §. XXIV.